PESC-1/0004

# OPUSCULUM

## COMPLECTENS SERIEM CELEBRANDI DIVERSA OFFICIORUM GENERA, JUXTA RITUALE ROMANUM PAVLI V. PONT. MAX. PRAXIMQUE LONGÆVAM, HACTENUS SERVATAM, IN HAC ALMA ILERDÆ SEDE:

QUÆ QUIDEM IN UNUM CONgeſta, ut faciliùs peragi valeant, hujuſce Perilluſtre Capitulum typis mandari decrevit.

*SUPERIORUM PERMISSU:*

*ILERDÆ:* Apud CHRISTOPHORUM ESCUDER Typogr.

Anno MDCCLXVI.

# PUBLICATIO INDULGENTIAE EPISCOPALIS.

Reverendissimus in Christo Pater, et Dominus N. Dei, et Apostolicae Sedis gratia, hujus sanctae Ecclesiae Episcopus dat et concedit omnibus hic praesentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiae consueta. Rogate Deum pro felici statu Sanctissimi Domini Nostri N. Divina providentia Papae N., Dominationis suae Reverendissimae, et sanctae Matris Ecclesiae.

El Reverendísimo en Cristo Padre, y Señor Dr. D. Tomás Costa y Fornaguera por la gracia de Dios y de la Sede Apostólica Obispo de esta santa Iglesia da y concede á todos los aquí presentes cuarenta dias de verdadera Indulgencia en la forma acostumbrada de la Iglesia. Rogad á Dios por el felíz estado de Nuestro Santísimo Señor Leon por la Divina providencia Papa XIII, de su Señoria Reverendísima, y de la santa Madre Iglesia.

IMPRIMATUR
THOMAS, *Episcopus Ilerdensis.*

℣. Gaude et lætáre, Virgo María, allelúia.
℟. Quia surréxit Dóminus vere, allelúia.

## OREMUS.

Deus, qui per ressurrectiónem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum letificáre dignátus es: præsta, quæsumus, ut per ejus Genitrícem, Virgínem Maríam perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúmdem Christum etc.

IMPRIMATUR
THOMAS, *Episcopus Ilerdensis.*

# ORDO
## SERVANDUS IN LITANIIS
### MAJORIBUS, ET MINORIBUS.

Dicto: Exurge Domine, &c. Et Litaniis, ut in Breviario; poſt ultimum Kyrie eleyſon, dicitur: Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 69.

DEus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina.

Confundantur, & revereantur: qui quærunt animam meam.

Avertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper: magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus adjuva me.

Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne morèris. Gloria Patri, &c.
℣. Salvos fac ſervos tuos.
℟. Deus meus ſperantes in te.
℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.
℣. Domine non ſecundum peccata noſtra facias nobis.
℟. Neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis.
℣. Oremus pro Pontifice noſtro N.
℟. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatū faciat eum in terra, & nō tradat eum in animam inimicorū ejus.
℣. Oremus pro benefactoribus noſtris.
℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam. Amen.
℣. Oremus pro fidelibus defunctis.
℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

℣.



℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Pro fratribus noſtris abſentibus.
℟. Salvos fac ſervos tuos, Deus meus, ſperantes in te.
℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuère nos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo.

## Oremus.

Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: ut nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catèna conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementèr abſolvat.

Exaudi, quæſumus Domine, ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

Ineffabilem nobis, Domine, miſericordiam tuam clementèr oſtende: ut ſimul

nos,

nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundum tuam clementiam in viam ſalutis æternæ: ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem: ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla.

URe igne Sancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto



to corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cæpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris ſimul & mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quoſque vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futùrum jam exùtos corpore ſuſcèpit

pit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementia omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſecors Dominus. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# RITUS BENEDICTIONIS TERMINI

## IN DIE SANCTÆ CRUCIS MENSIS MAII.

Cum ad locum præparatum perventum fuerit, Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad Orientem, & ſiſtunt ibi dum cantatur per Suſtentores Chori ℟ Ecce Crucem, &c. Quo finito cantatur per Acolytos.



℣. Dicite in nationibus Alleluia.

℟. Quia Dominus regnavit à ligno Alleluia.

Oremus.

Domine Jeſu Chriſte, qui in hunc mundum propter nos peccatores de ſinu Patris adveniſti, ut nos de peccato Adæ redimeres: Exaudi, Domine Deus noſter, nos peccatores, & indignos; libera nos & terminos noſtros ab omni tempeſtate, & malignitate: Qui vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Deinde ibidem ſiſtentes, miniſtratur incenſum; poſtea Diaconus genuflectit ante Lignum Crucis, ubi dicit: Munda cor meum, &c. petitque benedictionem à Sacerdote more ſolito, & procedit juxta ſtilum ad cantandum Evangelium verſus orientem, dicens:

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Initium Sancti Evangelii ſecundum Joannem.

℟. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt: in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri,





ri, his qui credunt in nomine ejus. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo nati ſunt. Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.

Quo finito, Sacerdos oſculatur librum, incenſatur de more: deinde miniſtratur iterum incenſum cum benedictione; poſtea Diaconus tradit Aſperſorium Sacerdoti, qui quidem aſpergit, & incenſat verſus Orientem in modum crucis; Quibus peractis, procedit Diaconus per anteriorem partem ad locum ubi Lignum Crucis poſitum eſt, ipſum tradit Sacerdoti ſine oſculis; tenenſque Sacerdos Lignum Crucis in dextera manu, cantat quod ſequitur, & hoc ſervetur in quatuor angulis.

ECce Crucem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, fugite partes adverſæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David. Alleluia. Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, Chriſtus ab omni malo, & fulgure, & tempeſtate, nos, & terminos noſtros liberet, & defendat. ℞. Amen.

Et dicitur ter.

Sic fiat in fine cujuslibet Evangelii. Poſtea Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad Occidentem, & interim cantatur per Suſtentores ℞. Per ſignum Crucis, &c. Acolyti cantant

℣. Hoc ſignum Crucis apparebit in Cœlo. Alleluia.

℞. Cum Dominus ad judicandum venerit. Alleluia.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui ab impiis, & ſceleratis pati, & ſpinis coronari, purpura indui, arundine in capite percuti voluiſti, quem adorant Throni, & Dominationes, Principatus & Poteſtates, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: libera, Domine, terminos iſtos ab illuſione, & perſecutione diabolica; & nubes, grandinemque fac converti in pluviam bonam, ita ut ad tuam miſericordiam poſſimus pervenire. Qui vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.



---

Illicò miniſtratur incenſum, &c. ut poſt primum Evangelium, & ſic in reliquis fiat.

℣. Dominus vobiſcum.

℞. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Mathæum.

℞. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret uſque in occidentem; ita erit ad-

adventus filii hominis. Ubicumque fuerit corpus, illùc congregabuntur & aquilæ. Statim autem poſt tribulationem dierum illorum, Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum: & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur. Et tunc apparebit ſignum filii hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & majeſtate. Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos ejus à quatuor ventis, à ſummis cœlorum, uſque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici diſcite parabolam. Cum jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, ſcitis, quia propè eſt æſtas. Ita & vos, cum videritis hæc omnia, ſcitote, quia propè eſt in januis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra tranſibunt; verba autem mea non præteribunt.

Poſtea dicit Sacerdos ut poſt primum Evangelium.

Ecce



Ecce Crucem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, fugite partes adverſæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David. Alleluia. Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, Chriſtus ab omni malo, & fulgure, & tempeſtate, nos, & terminos noſtros liberet, & defendat. ℟. Amen.

Et dicitur ter.

Poſtea Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad meridiem, & interim cantant Suſtentores ℟. Levabit Dominus, &c. Et cantatur per Acolytos.

℣. Nos autem gloriari oportet. Alleluia.

℟. In cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Alleluia.

## Oremus.

Domine Jeſu Chriſte Salvator mundi Fili Dei vivi, qui ſuſcipis preces Angelorum, per interceſſionem Beatæ Mariæ Matris tuæ, & omnium Sanctorum: exaudi nos, & libera nos ab omni tribu-

bulatione præſenti, & anguſtia futura ad te clamantes; & mitte nobis in auxilium Sanctos Angelos tuos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem cum ſociis eorum; qui diabolos, ac nubes malas cum grandine faciant ire ad locum erèmum; ubi malum non poſſint facere; & Sancti Spiritus gratiam cordibus noſtris clementèr infunde. Qui vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

---

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Lucam.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: Erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris præſſura gentium præ confuſione ſonitus maris, & fluctuum: areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ supervenient univerſo orbi:


orbi: nam virtutes cœlorum movebuntur: & tunc videbunt filium hominis, venientem in nube cum poteſtate magna, & majeſtate. His autem fieri incipientibus, reſpicite, & levate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt jam ex ſe fructum; ſcitis quoniam propè eſt æſtas. Ita & vos cum videritis hæc fieri; ſcitote, quoniam propè eſt regnum Dei. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum, & terra tranſibunt: Verba autem mea non tranſibunt.

Poſtea dicit Sacerdos, ut poſt primum Evangelium.

ECce Crucem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, fugite partes adverſæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David. Alleluia. Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, Chriſtus ab omni malo, & fulgure, & tempeſtate, nos, & terminos noſtros liberet, & defendat. ℟. Amen.

Et dicitur ter.

Poſtea Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad aquilonem, & interim cantant Suſtentores ℟. O Crux glorioſa, &c. Et cantatur per Acolytos.

℣. Per ſignum Crucis de inimicis noſtris. Alleluia.

℟. Libera nos Deus noſter. Alleluia.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus; qui mare rubrum partiri feciſti, & muros aquæ ad dexteram & ſiniſtram ſtare juſſiſti, & populum Iſraeliticum tranſire feciſti; fac nubes iſtas partiri; & ſicut ros fugit ante

te



te ſolis faciem, ita nubes tempeſtatis fugiant ante faciem populi tui Chriſtiani. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

---

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim Diſcipulis, apparuit illis Jeſus, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit: Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crede-

dide-

diderint, hæc ſequentur. In nomine meo dœmonia ejicient; linguis loquentur novis; ſerpentes tollent; & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt. Et Dominus quidem Jeſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.

Poſtea dicit Sacerdos ut poſt primum Evangelium.

ECce Crucem Domini noſtri Jeſu-Chriſti, fugite partes adverſæ, vicit Leo de Tribu Juda, Radix David. Alleluia. Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, Chriſtus ab omni malo, & fulgure, & tempeſtate, nos, & terminos noſtros liberet, & defendat. ℟. Amen.

Et dicitur ter.

Poſtea immediatè in eodem tono dicat:



cat: Et benedictio Dei Patris, & Filii ✠ & Spiritus Sancti deſcendat, & maneat ſuper nos, & terminos noſtros, & Angelus Domini bonus cuſtodiat nos, & eos ſemper. ℟. Amen.

Completa benedictione prædicta, intonetur Hymnus: Te Deum laudamus, &c. & reddatur proceſſionalitèr ad Eccleſiam.

# RITUS
## EXORCISMI S. GREGORII,
### EPISCOPI HOSTIENSIS.

Cum ad locum præparatum perventum fuerit, Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad orientem, miniſtratur incenſum; poſtea Diaconus genuflectit ante Lignum Crucis, ubi dicit: Munda cor meum, &c. petit benedictionem more ſolito, & procedit juxta ſtyllum ad cantandum Evangelium verſus orientem, dicens:

E ℣.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Joannem.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Erat quidam Regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum; hic cum audiſſet, quia Jeſus adveniret à Judea in Galileam, abiit ad eum, ut deſcenderet, & ſanaret filium ejus; incipiebat enim mori. Dixit ergo Jeſus ad eum: Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus: Domine, deſcende priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Jeſus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo ſermoni, quem dixit ei Jeſus, & ibat. Jam autem eo deſcendente, ſervi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit, & dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat,





in qua dixit ei Jeſus; filius tuus vivit; & credidit ipſe, & domus ejus tota.

Quo finito, Sacerdos oſculatur librum, incenſatur de more; deinde miniſtratur iterum incenſum cum benedictione; poſtea Diaconus tradit aſperſorium Sacerdoti, qui quidem aſpergit, & incenſat verſus orientem in modum crucis: Quibus peractis, procedit Diaconus per anteriorem partem ubi Lignum Crucis poſitum eſt, ipſum tradit Sacerdoti ſine oſculis; tenenſque Lignum Crucis in dextera manu, cantat quod ſequitur. (Et hoc ſervetur in quatuor angulis.)

Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, vobis animalibus, ut profugatis de termino iſto. ℟. Amen.

---

Poſtea Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad occidentem, miniſtratur incenſum, &c. ut poſt primum Evangelium, & ſic in reliquis fiat.

℣. Dominus vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo

℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Aſcendente Jeſu in naviculam, ſecuti ſunt eum Diſcipuli ejus: Et ecce motus magnus factus eſt in mari; ita ut navicula operiretur fluctibus, ipſe verò dormiebat, & aſcenderunt ad eum Diſcipuli ejus, & ſuſcitaverunt eum dicentes: Domine, ſalva nos, perimus; & dicit eis; Quid timidi eſtis, modicæ fidei? Tunc ſurgens imperavit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Porrò homines mirati ſunt dicentes: Qualis eſt hic, quia venti, & mare obediunt ei?

Poſtea dicit Sacerdos, ut poſt primum Evangelium.

Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, vobis animalibus, ut profugatis de termino iſto. ℟. Amen.

Poſtea Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad meridiem.





℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Lucam.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam; & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus.

Poſtea dicit Sacerdos, ut poſt primum Evangelium.

Chriſtus ✠ vincit, Chriſtus ✠ regnat, Chriſtus ✠ imperat, vobis animalibus, ut profugiatis de termino iſto. ℟. Amen.

Poſtea Sacerdos, & Miniſtri vertant ſe ad aquilonem.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Marcum.
℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Cum Dominus Sabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli ejus cæperunt progredi, & vellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt Sabbatis quod non licet? Et ait illis: Numquam legiſtis quid fecerit David, quando neceſſitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum eo erant? Quomodo introivit in domum Dei ſub Abiathàr principe Sacerdotum, & panes propoſitionis manducavit, quos non licebat manducare, niſi Sacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum eſt, & non homo propter Sabbatum. Itaque Dominus eſt filius hominis etiam Sabbati.

Poſtea fit ut poſt primum Evangelium,



lium, demptis Verbis: Chriſtus vincit, &c. eorumque loco dicitur Exorciſmus ſequens.

### Exorciſmus.

EXorciſo vos peſtiferos vermes, vel mures, ſeu aves, per Deum Patrem ✠ Omnipotentem, per Jeſum Chriſtum ✠ Filium ejus, & Spiritum ✠ ab utroque procedentem, ut confeſtim recedatis ab his campis, ſeu vineis, vel aquis, aut domibus, nec amplius in eis habitetis, ſed ad ea loca tranſeatis, in quibus nemini nocère poſſitis; pro parte Omnipotentei Dei, & totius Curiæ cœleſtis, & Eccleſiæ Sanctæ Dei, vos maledicens, quocumque ieritis ſitis maledicti, deficientes de die in diem in vos ipſos, & decreſcentes, quatenus reliquiæ de vobis nullo in loco inveniantur, niſi neceſſariæ ad ſalutem, & uſum humanum.

### Oratio.

DEus, qui Beato Gregorio Confeſſori tuo, atque Pontifici contra locuſtarum peſ-

peſtem ſpecialem gratiam contuliſti, concede propitius; ut, qui tua beneficia devotè poſcimus, ejus meritis & precibus, à corruptione, & conſumptione ipſarum, & quarumcumque aliarum peſtium in fructibus noſtris, & pecoribus noxiarum; atque à peſte, & epidemia, & omni alia infirmitate in corporibus noſtris miſericorditèr liberemur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictio Dei Omnipotenis Pa ✠ tris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat, & maneat ſuper hos agros, & vineas, & ejus fructus. ℟. Amen.

Completa benedictione prædicta, intonetur Hymnus: Te Deum laudamus, &c. & reddatur proceſſionalitèr, ad Eccleſiam.





# PRECES
## AD PETENDAM PLUVIAM.

Dicta Antiphona: Exurge Domine, &c. ut in Litaniis majoribus, & minoribus, ( & ſic fiet in omnibus precibus ſequentibus. ) Sacerdos dicat. Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 146.

LAudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit jucunda, decoraque laudatio.
Ædificans Jeruſalem Dominus: diſperſiones Iſraelis congregabit.
Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noſter, & magna vir-

tus ejus: & ſapientiæ ejus non eſt numerus.

Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores uſque ad terram.

Præcinite Domino in confeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fænum: & herbam ſervituti hominum.

Qui dat jumentis eſcam ipſorum: & pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus. Gloria Patri, &c.

℣. Operi, Domine, cœlum nubibus.
℟. Et para terræ pluviam.
℣. Ut producat in montibus fænum.
℟. Et herbam ſervituti hominum.
℣. Riga montes de ſuperioribus tuis.
℟. De fructu operum tuorum ſatiabitur terra.

℣.



℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, in quo vivimus, movemur, & ſumus, pluviam nobis tribue congruentem; ut præſentibus auxiliis ſufficientèr adjuti, ſempiterna fiducialius appetamus.

PRæſta, quæſumus Omnipotens Deus; ut qui in afflictione noſtra de tua pietate confidimus, contra adverſa omnia, tua ſemper protectione muniamur.

DA nobis, quæſumus Domine, pluviam ſalutarem, & aridam terræ faciem fluentis cœleſtibus dignantèr infunde. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo

℣.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## AD POSTULANDAM
### SERENITATEM.

Dicta Antiphona: Exurge Domine, &c. (ut ſuprà) cum Litaniis: Sacerdos dicat. Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.



Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. Gloria Patri, &c.

℣. Adduxiſti Domine Spiritum tuum ſuper terram.
℟. Et prohibitæ ſunt pluviæ de cœlo.
℣. Cum obduxero nubibus cœlum.
℟. Apparebit arcus meus, & recordabor fœderis mei.
℣. Illuſtra faciem tuam Domine ſuper ſervos tuos.
℟. Et benedic ſperantes in te.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo

Oremus.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

AD te nos Domine, clamantes exaudi, & aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicantibus: ut qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, miſericordia tua præveniente, clementiam ſentiamus.

QUæſumus, Omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceas imbrium, & hilaritatem vultus tui nobis impertire digneris. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣.



℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## DICENDÆ TEMPORE
### PENURIÆ, ET FAMIS.

Dicta Antiphona: Exurge Domine, &c. cum Litaniis, (ut ſupra): Sacerdos dicat: Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 22.

DOminus regit, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: animam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ: propter nomen ſuum.

Nam,

Nam, & ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: adverſus eos, qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quàm præclarus eſt.

Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

t ut inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum. Gloria Patri, &c.

℣. Domine non ſecùndum peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecùndum iniquitates noſtras retribuas nobis.

℣. Oculi omnium in te ſperant Domine.

℟. Et tu das illis eſcam in tempore opportuno.

℣. Memento congregationis tuæ.

℟. Quam poſſediſti ab initio.

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.





℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INeffabilem nobis, Domine, miſericordiam tuam clementèr oſtende: ut ſimul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis; quas pro his meremur, eripias.

DA nobis, quæſumus Domine, piæ ſupplicationis effectum, & famem propitiatus averte: ut mortalium corda cognoſcant, & te indignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſſare.

POpulum tibi ſubditum pro peccatis ſuis fame laborantem ad te Domine, converte propitius, qui quærentibus regnum tuum omnia adjicienda eſſe dixiſti. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cũ ſpiritu tuo
℟. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## DICENDÆ TEMPORE
### MORTALITATIS, ET PESTIS.

Dicta Antiphona: Exurge Domine, &c. cum Litaniis, (ut ſuprà): Sacerdos dicat: Pater noſter.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 6.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miſerere mei Domine, quoniam infirmus





mus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valdè: ſed tu Domine uſquequò?
Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.
Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt à furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.
Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
Exaudivit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit.
Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubeſcant valdè velociter.
Gloria Patri, &c.

℣. Domine non ſecùndum peccata noſtra facias nobis.
℟. Neque ſecùndum iniquitates noſtras retribuas nobis.
℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et propter gloriam nominis tui libera nos.
℣. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum.
℟. Citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.
℣. Ora pro nobis Sancte Sebaſtiane.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter, & intercedente beata, & glorioſa Dei Genitrice Maria ſemper Virgine, & Beato Sebaſtiano Martyre tuo, & omnibus Sanctis, populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera, & miſericordiæ tuæ fac largitate ſecurum.



PRopitiare Domine ſupplicationibus noſtris, & animarum, & corporum medère languoribus: ut remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur.

DA nobis quæſumus Domine, piæ petitionis effectum: & peſtilentiam, mortalitatemque propitiatus averte, ut mortalium corda cognoſcant, à te indignante talia flagella prodire, & te miſerante ceſsàre. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.
℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## DICENDÆ TEMPORE BELLI.

Dicta Antiphona : Exurge Domine, &c. cum Litaniis, ( ut ſuprà ): Sacerdos dicat. Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

### Pſalmus 45.

DEus noſter refugium & virtus: adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.
Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.
Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.




Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuū Altiſſimus.
Deus in medio ejus non commovebitur; adjuvabit eam Deus manè diluculò.
Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob.
Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella uſque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.
Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob. Gloria Patri, &c.
℣. Exurge Domine adjuva nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Salvum fac populum tuum Domine.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.
℟. A facie inimici.
℣. Arcum contere, & confringe arma.
℟. Et ſcuta combure igni.
℣. Mitte nobis Dñe auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere nos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te ſperantium potentia tuæ defenſionis expugnas, auxiliare famulis tuis implorantibus miſericordiam tuam; ut inimicorum ſuorum feritate depreſſa, inceſſabili te gratiarum actione laudemus.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera, da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandatis





tis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla.

HOſtium noſtrorum, quæſumus Domine, elide ſuperbiam; & eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## DICENDÆ TEMPORE
### BELLI CONTRA TURCAS, ET ALIOS Infideles, vel Hæreticos.

Dicta Antiphona: Exurge Domine, &c. cum Litaniis, (ut ſuprà): Sacerdos dicat: Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Pſalmus 78.

DEus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum: poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam.

Poſuerunt morticina ſervorum tuorum eſcas volatilibus cœli: carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ.

Effuderunt ſanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Jeruſalem: & non erat qui ſepeliret.

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris: ſubſannatio, & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.

Uſquequò Domine iraſcèris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt: & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

Quia comederunt Jacob: & locum ejus deſſolaverunt.

Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis.

Adjuva nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Ne fortè dicant in gentibus; Ubi eſt Deus eorum? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris.

Ultio ſanguinis ſervorum tuorum, qui effuſus eſt: introèat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.



Se-

Secùndum magnitudinem brachii tui: poſſide filios mortificatorum.

Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum: improperium ipſorum, quod exprobraverunt tibi Domine.

Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ: confitebimur tibi in ſæculum.

In generationem, & generationem: annuntiabimus laudem tuam.

Gloria Patri, &c.

℣. Salvos fac ſervos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.

℣. Hoſtium nominis tui Domine elide ſuperbiam.

℟. Et eorum contumaciam dexteræ tuæ virtute proſterne.

℣. Fiant tãquam pulvis ante faciem venti.

℟. Et Angelus Domini perſequatur eos.

℣. Effunde iram tuam in gentes, quæ te





℟. Et in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt.

℣. Mitte nobis Dñe auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere nos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA, quæſumus, Eccleſiæ tuæ miſericors Deus: ut Sancto Spiritu congregata, hoſtìli nullatènus incurſione turbetur.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice; & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, averte.

OMnipotens ſempiterne Deus, in cujus manu ſunt omnium poteſtates, & omnium jura regnorum: reſpice in auxilium Chriſtianorum, ut gentes Turca-

rum, ſeu Hæreticorum, quæ in ſua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## DICENDÆ PRO PONTIFICE
### GRAVITER INFIRMO.

Dicta Antiphona : Exurge Domine, &c. cum Litaniis, (ut ſuprà) : Sacerdos dicat. Pater noſter, &c.

Et



℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

### Pſalmus 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis : protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de Sancto : & de Sion tueatur te.

Memor ſit omnes ſacrificii tui : & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi ſecùndum cor tuum : & omne conſilium tuum confirmet.

Lætabimur in ſalutari tuo : & in nomine Dei noſtri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi, quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.

Exaudiet illum de Cœlo Sancto ſuo : in potentatibus ſalus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis : nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.

Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt : nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Do-

Domine ſalvum fac regem: & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Gloria Patri, &c.

℣. Deus refugium noſtrum & virtus.

℟. Adjutor in tribulationibus.

℣. Salvum fac Pontificem noſtrum N.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.

℟. Miſerere nobis.

℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter.

℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo Pontifice noſtro N. pro quo miſericordiæ tuæ imploramus auxilium; ut reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia referat actiones.

Con-



Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui fragilitatem humanæ conditionis, infuſa virtutis tuæ dignatione confirmas, ut ſalutaribus remediis pietatis tuæ corpora noſtra, & mentes vegetentur: ſuper hunc famulum tuum Pontificem noſtrum N. intende; ut omni neceſſitate corporeæ infirmitatis excluſa, gratia in eo priſtinæ ſanitatis perfectè reparetur. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES
## DICENDÆ PRO REGE
### GRAVITER INFIRMO.

Omnia dicuntur (ut ſuprà pro Pontifice uſque ad Pſalmum incluſivè) & reliqua ut infrà.

℣. Deus refugium noſtrum, & virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Salvum fac Regem noſtrum N.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.
℟. Miſerere nobis.
℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.



℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro infirmo Rege noſtro N. pro quo miſericordiæ tuæ imploramus auxilium; ut reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia referat actiones.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Virtutum cœleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius famulo tuo

tuo Regi noſtro N.; ut fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen Sanctum tuum, inſtaurata protinus ſanitate, benedicat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.
℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

# PRECES

## DICENDÆ PRO REGINA GRAVITER INFIRMA.

Omnia dicuntur (ut ſuprà pro Pontifice uſque ad Pſalmum incluſivè) reliqua ut infrà.





℣. Deus refugium noſtrum, & virtus.
℟. Adjutor in tribulationibus.
℣. Salvam fac Reginam noſtram N.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. ℟. Miſerere nobis.
℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

### Oremus.

Omnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro infirma Regina noſtra N. pro qua miſericordiæ tuæ imploramus auxilium; ut reddita ſibi ſanitate, gratiarum tibi in Eccleſia referat actiones.

Concede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & cor-

poris ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

VIrtutum cœleſtium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui poteſtate depellis: adeſto propitius famulæ tuę Reginę noſtrę N.; ut fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen Sanctum tuum, inſtaurata protinus ſanitate, benedicat. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum.

℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Exaudiat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

PRE-



# PRECES DICENDÆ PRO

## GRATIARUM ACTIONE.

Poſt Hymnum: Te Deum laudamus, &c. dicuntur ſequentes verſus, & orationes.

℣. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum.

℟. Et laudabilis, & glorioſus in ſæcula.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Benedictus es Domine Deus in firmamento Cœli.

℟. Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

℣. Benedic anima mea Domino.

℟. Et noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Si non fit processio, dicuntur tantum hi duo ℣.℣.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: piiſſimæ majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: ut qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad præmia futura diſponas.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

DEus, qui neminem in te ſperantem nimium afligi permittis, ſed pium precibus præſtas auditum: pro poſtulationibus noſtris, votiſque ſuſceptis gratias agimus, te piiſſimè deprecantes; ut à

cur-



cunctis ſemper muniamur adverſis. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

---

Sequentes Orationes dicuntur in ſuis reſpectivè Feſtivitatibus.

IN DIE

## SANCTI ANASTASII.

℣. Prætioſa in conſpectu Domini. Alleluia.
℟. Mors Sanctorum ejus. Alleluia.

Oremus.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, ut qui Beati Anaſtaſiii martiris tui natalitia colimus, interceſſione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

P IN

IN DIE

## ASCENSIONIS DOMINI N. J. C.

PRO SANCTI PANNI OSTENSIONE.

℣. Dominus in Cœlo. Alleluia.
℞. Paravit ſedem ſuam. Alleluia.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hunc diem per Ascensionem unigeniti Filii tui, ac per oſtenſionem Panni conſecraſti: da populis tuis in hac celebritate conſortium; ut qui tua gratia ſunt redempti, tua ſint adoptione Filii. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

IN FESTIVITATE

## CORPORIS CHRISTI.

℣. Panem de Cœlo præſtitiſti eis. Alleluia.
℞. Omne delectamentum in ſe habentem. Alleluia.

Ore-



Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis, & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut Redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℞. Amen.

IN DIE ASSUMPTIONIS

## BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

℣. Exaltata eſt Sancta Dei Genitrix.
℞. Super choros Angelorum ad cœleſtia Regna.

Oremus.

FAmulorum tuorum, quæſumus Domine delictis ignoſce: ut qui tibi placère de actibus noſtris non valemus, genitricis Filii tui Domini noſtri interceſſione ſalvemur. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

IN

DIE NATIVITATIS

## BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

℣. Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ V.
℟. Cujus vita inclita cunctas iluſtrat Eccleſias.

Oremus.

FAmulis tuis, quæſumus Domine cœleſtis gratiæ munus impertire: ut quibus Beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, Nativitatis ejus votiva ſolemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

IN DIE CONCEPTIONIS

## BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

℣. Immaculata Conceptio eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.
℟. Cujus innocentia inclita cunctas lætificat devotas animas.

Ore-



Oremus.

DEus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus, ut qui ex morte ejuſdem Filii ſui prævifa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos ejus interceſſione, ad te pervenire concedas. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

IN DIE

## NATIVITATIS DOMINI N. J. C.

PRO SANCTI PANNI OSTENSIONE.

℣. Notum fecit Dominus. Alleluia.
℟. Salutare ſuum. Alleluia.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui hunc diem per NATIVITATEM unigeniti Filii tui, ac per oſtenſionem Panni conſecraſti: da populis tuis in hac celebritate conſortium; ut qui tua gratia ſunt redempti, tua ſint adoptione Filii. Per



eun-

eumdem Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

---

## PRO GRATIARUM ACTIONE in novi Regis ad thronum exaltatione.

Die præfinita, terminata Miſſa Conventuali, poſt horam Nonam dicitur Miſſa votiva de Trinitate cum ſuis reſpectivè orationibus: Deus, cujus miſericordiæ, &c. (ut infrà eamdem Miſſam) cum Peroratione, Et famulos, &c. ſub unica concluſione cum Gloria, & Credo, & in ejus fine cantatur Hymnus: Te Deum, &c. Quo expleto, dicit Sacerdos.

℣. Deus judicium tuum Regi da.
℟. Et juſtitiam tuam filio Regis.
℣. Salvum fac Regem noſtrum N.
℟. Deus meus ſperantem in te.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuère eum.
℣. Nihil proficiat inimicus in eo.

℟.



℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère ei.
℣. Fiat pax in virtute tua.
℟. Et abundantia in turribus tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui omnes poteſtas, & dignitas famulatur, da huic famulo tuo Regi noſtro N. proſperum ſuæ dignitatis effectum, in qua te ſemper timeat, tibique jugiter placère contendat.

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus: piiſſimæ majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes: ut qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens, ad præmia futura diſponas.

DEus, qui corda fidelium, Sancti Spiritus

ritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudère.

DEus, qui neminem in te ſperantem nimium affligi permittis, ſed pium precibus præſta auditum: pro poſtulationibus noſtris, votiſque ſuſceptis gratias agimus, te piiſſimè deprecantes; ut à cunctis ſemper muniamur adverſis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

---

## CONFESSIO FACIENDA PER Diaconum poſt Concionem, præſente Epiſcopo.

COnfiteor Deo Omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Joanni Baptiſtæ, Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, omnibus Sanctis, & tibi Pater; ** quia peccavi nimis, cogitatione, verbo, & opere. Mea culpa: mea culpa: mea maxi-



xima culpa. Ideò precor Beatam Mariam ſemper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Joannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum, omnes Sanctos, & te Pater: ** Orare pro me ad Dominum Deum noſtrum. Ubi ſunt aſterìſci, ſi Diaconus eſt Canonicus, profundè ſe inclinat versùs Epiſcopum; ſi autem non eſt Canonicus, genuflectit.

---

# ORDO SERVANDUS

## IN COMMUNIONE SACERDOTUM infirmorum.

Cum ingreditur in domum infirmi, dicat Sacerdos cum Miniſtris Pſalmum: Deus miſereatur noſtri, &c. ingrediens verò cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat:

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox deponit Sacramentum ſuper menſam ſuppoſito Corporali, genuflexus adorat,

rat, ſtatimque accepto aſperſorio, aſpergit infirmum, & cubiculum, dicens Antiphonam: Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor: lavabis me, & ſuper nivem dealbabor: dicit deinceps primum verſum Pſalmi Miſerere mei Deus, &c. Gloria Patri, &c. Deinde repetitur Antiphona integra: Aſperges me, &c. Qua finita, dicit Sacerdos.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dñi.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

His dictis, genuflectit Sacerdos cum Miniſtris coram Sacramento, & accedentes ad infirmum (caventes tamen, ne terga vertant Sacramento) ſic cum Sacerdos alloquitur. Si eſt Epiſcopus: Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine. Si eſt Canonicus, ſive Dignitas: Illuſtris, & admodum Reverende Frater. Verumtamen, ſi eſt ſolummodo Sacerdos: Reverende Pater.



ILluſtris, & admodum Reverende Frater: cum per multas tribulationes oporteat nos, introire in regnum Dei, non debes de tua corporis ægritudine nimiùm contriſtari; ſed Deo gratias agere, qui pro ſua miſericordia nunc te mortificat, ut poſtea vivificet. Venit ergo nunc Chriſtus ad viſitandum te, & per hoc Sacramentum, ad tibi largiendum uberem gratiam, & magna dona ſpiritualia; ſed ad tantum dignè recipiendum hoſpitem, maxima (ut noſti) requiritur puritas animæ: Vide ergò, & conſidera; an nunc veniat tibi aliquid in mentem, quod ante Sacram Co-

Comunionem confiteri debeas. Expectet Sacerdos reſponſum infirmi, & ſi affirmativè reſpondeat, illum audiat, & abſolvat. Si verò nihil in mentem veniſſe contingat, proſequatur dicens.

ILluſtris, & admodum Reverende Frater: valde utile, & laudabile erit, te nunc in memoriam redire aliquos Euchariſtiæ effectus; ut contemplatione, & amoris ardore, ſuaves, & dulces Chriſti corporis valeas deguſtare fructus.

Scis profecto: per hoc Sacramentum, uberrimam gratiam nobis conferri: cum Chriſtus, qui omnis gratiæ, & vitæ origo eſt, in eo contineatur, dicente ipſo: Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Scis prætereą: per hoc Sacramentum, (quo Deo conjungimur, & paſſio ipſa Chriſti ſignificatur) nos intùs animo reformari, & exteriùs omnem dœmonum depelli incurſum, & à futuris præſervari criminibus, dicente Scriptura: Si quis ex



ex ipſo manducaverit, non morietur.

Hos, & alios innumerabiles effectus cauſat Chriſtus accedentibus ad hanc ſacram Menſam veſtibus nuptialibus veſtitis: Tu igitur; ut majori animi affectione, Chriſti corpus ſumere valeas, fac Confeſſionem generalem, dicens: Confiteor Deo, &c. Facta igitur Confeſſione generali, ſive ab infirmo, ſive ab alio ejus nomine, Sacerdos dicat:

ILluſtris, & admodum Reverende Frater, dicas ſemel pro pœnitentia: Deus propitius eſto mihi peccatori, illicò dicat Sacerdos: Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen. Indulgentiam, abſolutionem, ✠ & remiſſionem peccatorum veſtrorum, tribuat vobis omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen. Poſtea proſequitur Sacerdos dicens: Illuſtris, & admodum Reverende Frater: oportet in teſtimonium fideliſſimi tui animi, catholicam fidem,

 quam

quam ſemper profeſſus fuiſti; nunc etiam Sacram Euchariſtiam ſumpturus, profitearis. Dices igitur: Credo in Deum, &c. quo finito dicat Sacerdos.

Illuſtris, & admodum Reverende Frater: Magiſter noſter Jeſus Chriſtus, in cruce pendens, ab inimicis affectus maximis tormentis, & injuriis, non vindictam de illis ſumpſit; ſed Deum Patrem pro illis oravit: Tu ergò ad ejus imitationem, dimitte ex corde omnes tibi allatas offenſas; & ſi quos tu offendiſti, pete veniam à præſentibus pro illis abſentibus. Qua igitur peracta venia, facta genuflexione accipit Sacerdos (miniſtrante Diacono) Sacramentum de Pixide, atque illud elevans, oſtendit infirmo, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ad Chriſtum ergò verum Deum, & hominem, qui in hoc Sacramento verè, & realitèr continetur, converte oculos mentis, & cum Centurione ejus fidem immitatus, dic: Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea, quod iterum, ac tertio repetit, & infirmus ſimul cum Sacerdote dicat eadem verba, ſaltèm ſemel, ſubmiſſa voce. Tum Sacerdos porrigens infirmo Euchariſtiam more ſolito, dicat:



Accipe Frater Viaticum corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti: qui te cuſtodiat ab hoſte maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

Poſtea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens, detur ablutio infirmo, & depoſita Pixide ſuper corporale, ibidem ſiſtens cum Miniſtris, dicat.

℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, te fideliter deprecamur, ut accipienti Fratri noſtro ſacroſanctum corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui, tam corpori, quam animæ proſit ad remedium ſempiternum. Qui tecum vivit, &

& regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Genuflectit deinde Sacerdos cum Miniſtis, ſurgit, & cavens ne terga vertantur Sacramento, dicat verſus infirmum.

ILluſtris, & admodum Reverende Frater: gratias age Deo pro tantis donis, ac beneficiis, quæ tibi largitus eſt, & præſertim quod nunc Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentum reverenter, ac devotè ſumpſeris. Pete ut hæc omnia ſint ad gloriam Dei, & ſalutem animæ tuæ. Extremæ-Unctionis adhuc ſupereſt Sacramentum, quod à Chriſto Domino inſtitutum eſt, ut infirmis gravi morbo oppreſſis conferatur: Si ergo infirmitas hæc tua tantum creſcat, ut tibi eſſet conferendum, jam nunc illud optas, & petis, & ut alii petant pro te, ſi tu non poſſes, requiris.

Reſpondeat infirmus: Requiro, & opto, & tunc Sacerdos dicat: Et ego tamquam Miniſter Dei tibi concedo in no-


mine Eccleſiæ. His expletis, iterum genuflectit Sacerdos cum Miniſtris, ſurgit, & accipit Pixidem (miniſtrante Diacono cum debitis reverentiis) & facit cum Sacramento ſignum Crucis ſuper infirmum, nihil dicens, & reverenter illud deferens, dicit: Nunc dimittis ſervum tuum, &c. & ſi tempus permiſerit, finito Cantico, dicatur Pſalmus: Lætatus ſum, &c. reliqua de more.

Cum perveniatur ad Eccleſiam, ponit Diaconus Sacramentum ſuper Altare, & Corporale, dicitur interim per Chorum: Tantum ergo, &c. & per Acolithos

℣. Panem de cœlo preſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra miſteria venerari: ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen:

T Dein-

Deinde genuflectit Sacerdos cum Miniſtris, qua peracta genuflexione, procedunt omnes ad Altare, & factis debitis reverentiis, Diaconus ſiſtens Sacerdotem inter, & Subdiaconum, ſemiverſi omnes in cornu Epiſtolæ, dicat.

TOts los que han acompanyàt lo Santiſſim Sagrament del Altar ( que ſie alabàt pera ſempre ) han cumplert una obra de Miſericordia, viſitànt à eſt malàlt, y guanyàt moltas Indulgencias concedidas per los Summos Pontifices, y Prelàts de aqueſt Bisbàt: y los que han portàt llum, les han guanyàt doblades. Ara entretant que ſe tornarà lo Santiſſim Sagrament à ſon lloch, ſels encomana per caritàt la oraciò del Pare noſtre, y Ave Maria per la ſalut de aqueſt germà noſtre; pera que altre tant encontrèm qui faſſia per noſaltres, quant meneſter ſia.

His dictis, deſcendunt omnes in gradu Altaris, genuflectunt, & illicò Diaconus ſurgit, accipit Sacramentum, traditque Sacerdoti genuflexo, qui ſurgit, pergit ad Altare cum Miniſtris, & cum Sacramento in Pixide velo coperta, facit ſignum Crucis verſus populum nihil dicens. Poſtremò illud cum debitis reverentiis in loco ſuo reponat.



# DE EXEQUIIS.

SAcras ceremonias ac Ritus, quibus ex antiquiſſima traditione, & Summorum Pontificum inſtitutis, Sancta Mater Eccleſia Catholica, in filiorum ſuorum exequiis uti ſolet, tamquam vera religionis myſteria, Chriſtianæque pietatis ſigna, & fidelium mortuorum ſaluberrima ſuffragia, ſummo ſtudio celebrari debent, atque uſu retineri.

ORDO

## ORDO SERVANDUS

# IN FUNERIBUS EPISCOPI

### CELEBRANDIS.

## IN RESPONSORIO.

Cum ad locum, ubi jacet defunctus, pervenerit Proceſſio, Sacerdos, & Miniſtri ſiſtunt ad pedes defuncti, & mox incipiunt Suſtentores ℞. Libera me Done, &c. dicto primo Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt tertium, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. Aſpergitur illicò, & thurificatur corpus defuncti per circuitum, quibus peractis, dicit Sacerdos

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo.

Poſtea Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: De profundis, &c. & in ejus fine dicit Sacerdos

℣.



℣. In memoria æterna erit juſtus.
℞. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℞. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℞. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Epiſcopum Pontificali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio.

Abſolve, quæſumus Domine animam famuli tui N. Epiſcopi ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℞. Et lux perpetua luceat ei.

V Poſ-

Poſtremò, Suſtentores dicunt alta voce.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

---

# OFFICIUM SEPULTURÆ.

Hora præfinita, ordinatur proceſſio ad Palatium Epiſcopale, quæ cum pervenerit ad locum, ubi jacet corpus defuncti, Sacerdos Officium celebrans, mediocri voce dicit

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-



Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Epiſcopum Pontificali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Incipiunt, poſtea Suſtentores alta voce.

℟. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini: Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te: & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Sacerdos dicit immediate, Pater noſter, &c.

℣.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA nobis Domine, ut animam famuli tui N. Epiſcopi, quam de hujus ſæculi eduxiſti laborioſo certamine Sanctorum tuorum tribuas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Suſtentores deinceps ſubmiſſa voce recitant Pſalmum: De profundis, &c. quo finito Sacerdos eàdem voce dicit

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.



℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine animas eorum ab omni vinculo delictorum; ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

His peractis Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: Miſerere mei Deus, &c. proſequentes eum, uſque ad januam Eccleſiæ, & circa eam deponitur corpus defuncti, & ibidem incipiunt etiam alta voce ℟. Libera me Domine, &c. quo finito dicit Sacerdos: Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Epiſcopum Pontificali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.



℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Ingreditur mox proceſſio Eccleſiam cum corpore defuncti, & interim cantatur per Suſtentores

℟. Ad te levavi animam meam, Deus meus in te confido, non erubeſcam, neque irrident me inimici mei: Etenim univerſi, qui te expectant non confundentur.
℣. Vias tuas Domine demonſtra mihi.
℟. Et ſemitas tuas edòce me. Etenim univerſi, qui te expectant non confundentur.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Et Sacerdos, ſiſtens cum Miniſtris circa feretrum, ad pedes defuncti, dicit: Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

℣.

℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, te ſupplices deprecamur pro anima famuli tui N. Epiſcopi, quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eum in manus inimici, neque obliviſcaris in finem; ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci: ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen

Celebratur poſtea Miſſa de corpore præſenti, juxta rubricas. Qua finita procedit





cedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum verſùs pedes defuncti, & ibidem ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce ℟. Subvenite, &c. ut ſuprà, & poſt ultimum Kyrie eleyſon, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c.

¶ Si ſit Officium ſæpulturæ tantum, mox miniſtratur incenſum, & aſpergitur, & thurificatur corpus defuncti per circuitum. Secùs autem ſi Officium ſit integrum; nam tunc proceditur abſque aſperſione, & thurificatione.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

## Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui N. Epiſcopi; ut defunctus ſæculo, tibi vivat; & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis absterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

His expletis: Suſtentores incipiunt alta voce Antiphonam.

In paradyſum deducant te Angeli; in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in Civitatem ſanctam Hieruſalem: Chorus Angelorum te ſuſcipiat; & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Et in ejus fine, afferentes baculos incipiunt Antiphonam: Omnis ſpiritus: Qua incæpta, Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: Laudate Dominum de cœlis, &c. finito Pſalmo repetitur integre per Suſtentores Antiphona:

Omnis ſpiritus laudet Dominum. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon; & Sacerdos, dicit:

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.



## Oremus.

SAtisfaciat tibi, quæſumus Domine Deus noſter, pro anima famuli tui N. Epiſcopi Beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, & Sancti Petri Apoſtoli tui, omniumque Sanctorum oratio, ac præſentis familiæ humilis ſupplicatio; ut peccatorium omnium veniam, quam precamur obtineat: nec eam facias cruciari gehennalibus pœnis, quam Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti prætioſo ſanguine redemiſti.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata Maria ſemper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine animas eorum ab omni vinculo delictorum; ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei



Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

¶ Hucuſque de officio Sepulturæ. Quapropter; ſi ob aliquem circunſtantiarum eventum, Officium integrum, ſive Miſſa de corpore præſenti prohiberi contingat, fit tantummodo Officium Sepulturæ, ut ſuperius dicitur, & tunc dicitur per Chorum ſubmiſſa voce Pſalmus: De profundis, &c. quo expleto, Præſes chori dicit ℣. Requiem æternam, &c. cum oratione Fidelium, &c. Si autem Officium exequiarum integrum fiat, dicuntur duæ Miſſæ ſucceſſivè, quibus finitis, procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, verſùs pedes defuncti, & dexteram ipſius Chori, ibidemque ſiſtentes, cantatur per Suſtentores: ℟. Subvenite, &c. ut ſuprà. Verumtamen, non aſpergitur, nec thurificatur poſt hoc ℟. niſi poſt ℟. Libera me Domine, &c. dicuntur verò prædictæ orationes, ut ſuprà.

His peractis, Suſtentores incipiunt prædictum ℟. Libera me Domine, &c. ad primum Kyrie eleyſon, miniſtratur

incenſum, & poſt ultimum Kyrie eleyſon Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. illicò aſpergitur, & thurificatur corpus defuncti per circuitum.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Epiſcopum Pontificali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequntur deinceps quinque Reſponſoria cum ſuis ℣℣. & orationibus, ut infra.





## PRO PRIMO RESPONSORIO.

Sacerdos celebrans Officium in fine ℟. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit: Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta, quæſumus Domine, ut anima famuli tui N. Epiſcopi, quæ hodie de hoc ſæculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRoſit, quæſumus Domine animæ famuli tui N. Epiſcopi implorata clementia: ut ejus in quo ſperavit, & credidit æternum capiat te miſerante conſortium. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.





## PRO TERTIO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA nobis Domine, ut animam famuli tui N. Epiſcopi, quam de hujus ſæculi eduxiſti laborioſo certamine, Sanctorum tuorum tribuas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

## PRO QUARTO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices deprecamur pro anima famuli tui N. Epiſcopi, quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem; ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſti-



tineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. In memoria æterna erit juſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepiſti: miſerere clementer animabus parentum noſtrorum, eorumque peccata dimitte, noſque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis

lutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine animam famuli tui N. Epiſcopi, & animas eorum ab omni vinculo delictorum; ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Per-



Pergit poſtremò Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, dicitur Pſalmus De profundis, cum oratione: Fidelium, &c.

# ORDO SERVANDUS
## IN
# FUNERIBUS SACERDOTIS
## CELEBRANDIS.
## IN RESPONSORIO.

Cum ad locum, ubi jacet defunctus pervenerit Proceſſio, Sacerdos, & Miniſtri ſiſtunt ad pedes defuncti, & mox incipiunt Suſtentores ℟. Libera me Domine, &c. dicto primo Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt tertium, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. Aſpergitur illicò, & thurificatur corpus defuncti per circuitum: quibus peractis, dicit Sacerdos.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

Poſtea Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: De profundis, &c. & in ejus fine, dicit Sacerdos

℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA nobis Domine, ut animam famuli tui N. Sacerdotis, quam de hujus ſæculi eduxiſti laborioſo certamine, Sanctorum tuorum tribuas eſſe conſortem.

ABſolve, quæſumus Domine animam famuli tui N. Sacerdotis ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſ-


ſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.

Poſtremò Suſtentores dicunt alta voce.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

---

# OFFICIUM SEPULTURÆ.

Hora præfinita, ordinatur proceſſio ad domum defuncti, quæ cum pervenerit ad ejus januam, Sacerdos celebrans Officium, dicit mediocri voce.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo. Ore-

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
Incipiunt poſtea Suſtentores alta voce.
℟. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini: Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te: & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes animam ejus &c.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon. Sacerdos dicit immediate:
Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.



℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA nobis Domine, ut animam famuli tui N. Sacerdotis, quam de hujus ſæculi eduxiſti laborioſo certamine, Sanctorum tuorum tribuas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
Suſtentores ſubinde ſubmiſſa voce recitant Pſalmum: De profundis, &c. quo finito, Sacerdos eàdem voce, dicit
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine animas eorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

His peractis: Suſtentores incipiunt alta



ta voce Pſalmum: Miſerere mei Deus, &c. proſequentes eum, uſque ad januam Eccleſiæ, & circa eam deponitur corpus defuncti, & ſtatim iidem incipiunt etiam alta voce ℟. Libera me Domine, &c. quo finito, dicit Sacerdos:

Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Ingreditur mox proceſſio Eccleſiam cum corpore defuncti, & interim cantatur per Suſtentores

℟. Ad te levavi animam meam, Deus meus in te confido non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei: Etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur.
℣. Vias tuas Domine demonſtra mihi.
℟. Et ſemitas tuas edoce me. Etenim univerſi, qui te expectant, &c.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon.

Sacerdos igitur, ſiſtens cum Miniſtris circa feretrum ad pedes defuncti, dicit:

Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟ Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.

℟.



℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices deprecamur pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eum in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.

Celebratur ſubinde Miſſa de corpore præſenti, juxta rubricas. Qua abſoluta, procedit Sacerdos, cum Miniſtris ante Chorum verſus pedes defuncti, & ibidem ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta

voce ℟. Subvenite, &c. ut ſuprà: & poſt ultimum Kyrie eleiſon, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c.

¶ Si fiat Officium Sepulturæ tantum, mox miniſtratur incenſum, & aſpergitur, & thurificatur corpus defuncti per circuitum. Secùs autem ſi Officium fiat integrum; nam tunc proceditur abſque aſperſione, & thurificatione.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui N. Sacerdotis, ut defunctus ſæculo, tibi vivat, & quæ per fragilitatem





tatem carnis, humana converſatione commiſſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

His expletis, Suſtentores incipiunt alta voce Antiphonam:

In paradyſum deducant te Angeli: in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in civitatem Sanctam Hieruſalem: Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Et in ejus fine, afferentes baculos incipiunt Antiphonam: Omnis Spiritus: Qua incæpta, Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: Laudate Dominum de Cœlis, &c. finito Pſalmo, repetitur integrè per Suſtentores Antiphona:

Omnis ſpiritus laudet Dominum.

Kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, Kyrie eleiſon: & Sacerdos dicit:

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.

℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sanctì tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SAtisfaciat tibi quæſumus Domine Deus noſter, pro anima famuli tui N. Sacerdotis beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, & Sancti Petri Apoſtoli tui, omniumque Sanctorum oratio, ac præſentis familiæ humilis ſupplicatio; ut peccatorum omnium veniam, quam precamur obtineat, nec eam facias cruciari gehennalibus pœnis, quam Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti prætioſo ſanguine redemiſti.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam

tuam



tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine animam famuli tui N. Sacerdotis, & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

¶ Hucuſque de Officio Sepulturæ.



Qua

Qua propter ſi ob aliquem circunſtantiarum eventum, integrum Officium, ſive Miſſa de corpore præſenti prohiberi contingat, fit tantummodo Officium Sepulturæ, ut ſuprà, & tunc dicitur per Chorum ſubmiſſa voce Pſalmus: De profundis, &c. quo expleto, Præſes Chori dicit ℣. Requiem æternam, &c. cum oratione Fidelium, &c. Si autem Officium exequiarum integrum fit, dicuntur duæ Miſſæ ſolemnes ſucceſſivè: Quibus peractis, procedit Sacerdos celebrans Officium cum Miniſtris ante Chorum, verſus pedes defuncti, & dexteram ipſius Chori, ibidemque ſiſtentes cantatur per Suſtentores, Subvenite, &c. ut ſuprà. Verumtamen non aſpergitur, nec thurificatur poſt hoc ℟. niſi poſt ℟. Libera me Domine, &c. dicuntur verò orationes, ut ſuprà.

His abſolutis, Suſtentores incipiunt prædictum ℟. Libera me Domine, &c. ad primum Kyrie eleiſon, miniſtratur incenſum, & poſt ultimum Kyrie eleiſon,



Sacerdos dicit, Pater noſter, &c. illicò aſpergitur, & thurificatur corpus defuncti per circuitum.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequuntur deinceps quinque Reſponſoria cum ſuis ℣℣. & Orationibus ut infrà.

PRO

## PRO PRIMO RESPONSORIO.

Sacerdos celebrans Officium in fine ℟. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit:

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta, quæſumus Domine, ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quæ hodie de hoc ſæculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.





## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRoſit, quæſumus Domine animæ famuli tui N. Sacerdotis miſericordiæ tuæ implorata clementia: ut ejus in quo ſperavit, & credidit æternum capiat, te miſerante, conſortium. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## PRO TERTIO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DA nobis Domine, ut animam famuli tui N. Sacerdotis, quam de hujus ſæculi eduxiſti laborioſo certamine, Sanctorum tuorum tribuas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.





## PRO QUARTO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A pora inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quæ hodie de hoc ſæculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Sacerdotes tui induantur juſtitiam.
℟. Et Sancti tui exultent.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nos Patrem, & Matrem honorare præcepiſti: miſerere clementer animabus Parentum noſtrorum, eorumque peccata dimitte, noſque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui



qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine animam famuli tui N. Sacerdotis, & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtremò Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam:

Si iniquitates, dicitur Pſalmus: De profundis, cum oratione: Fidelium, &c.

# ORDO SERVANDUS
# IN FUNERIBUS LAICIS
## CELEBRANDIS.

Hora præfinita ordinatur Proceſſio ad domum defuncti, quæ cum pervenerit ad ejus januam, Sacerdos celebrans Officium, mediocri voce dicit:

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces noſ-



tras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Poſtea Suſtentores incipiunt alta voce.

℟. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini: Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te: & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes animam ejus, &c.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Sacerdos dicit immediatè: Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟

℟. Sed libera nos à malo.
℣. A pora inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Suſtentores deinceps ſubmiſſa voce recicitant Pſalmum: De profundis, &c. quo finito, Sacerdos eàdem voce dicit



℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animas eorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

His peractis, Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: Miſerere mei Deus, &c. proſequentes eum, uſque ad januam Eccleſiæ, & circa eam deponitur corpus defuncti, & mox iidem incipiunt etiam alta voce. ℟. Libera me Domine, &c. quo finito; dicit Sacerdos:

Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A pora inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui

N.



N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Ingreditur mox proceſſio Eccleſiam cum corpore defuncti, & interim cantatur per Suſtentores

℟. Ad te levavi animam meam, Deus meus in te confido non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei: Etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur.
℣. Vias tuas Domine demonſtra mihi.
℟. Et ſemitas tuas edòce me. Etenim univerſi, qui te expectant, &c.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Sacerdos igitur, ſiſtens cum Miniſtris ante feretrum ad pedes defuncti, dicit:

Pater noſter, &c.

℣.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Celebratur ſubinde Miſſa de corpore præſenti juxta Rubricas. Qua finita, procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum,



rum, verſus pedes defuncti, & ibidem ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce ℟. Subvenite, ut ſuperius dictum eſt, & poſt ultimum Kyrie eleyſon, dicit immediatè Sacerdos: Pater noſter, &c.

¶ Si fiat Officium Sepulturæ tantum, illicò miniſtratur incenſum, & aſpergitur, & thurificatur corpus defuncti per circuitum. Secus autem, ſi Officium fiat integrum; nam in eo tunc proceditur abſque aſperſione, & thurificatione.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus ſæculo, tibi vivat, & quæ per fragilitatem carnis,

humana converſatione commiſſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dñm noſtrum. ℟. Amen.

His peractis; Suſtentores incipiunt alta voce Antiphonam:

In Paradyſum deducant te Angeli: in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in Civitatem Sanctam Hieruſalem. Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere æternam habeas requiem.

Qua finita, afferentes baculos incipiunt Antiphonam: Ego ſum: Qua incæpta, Suſtentores incipiunt alta voce Canticum: Benedictus, &c.

Finito Cantico, repetitur integre per Suſtentores Antiphona:

Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit vivet: Et omnis qui vivit, & credit in me non morietur in æternum.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Et Sacerdos dicit:

Pater noſter, &c.



℣.



℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A pora inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus Domine, hanc cum ſervo tuo defuncto miſericordiam, ut factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: ut ſicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illis eum tua miſeratio ſociet Angelicis Choris.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitu-

titudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui N. & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

¶ Hucuſque de Officio Sepulturæ. Quapropter, ſi ob aliquem circunſtantiarum eventum integrum Officium, ſive Miſſa de corpore præſenti prohiberi contingat, fit tantummodò Officium Sepul-



pulturæ, ut dictum remanet, & tunc per Chorum dicitur ſubmiſſa voce Pſalmus: De profundis, &c. quo expleto Præſes Chori dicit ℣. Requiem æternam, &c. cum Oratione: Fidelium, &c. Si autem Officium Exequiarum integrum fiat, dicuntur duæ Miſſæ Solemnes ſucceſſivè: Quibus abſolutis, procedit Sacerdos celebrans Officium cum Miniſtris ante Chorum verſus pedes defuncti, & dexteram ipſius Chori, ibidemque ſiſtentes, cantatur per Suſtentores ℟. Subvenite, ut ſuprà: Verumtamen non aſpergitur, nec thurificatur corpus defuncti poſt hoc ℟. niſi poſt ℟. Libera me Domine, &c. dicuntur verò Orationes; ut ſuprà. Suſtentores deinceps incipiunt præfatum ℟. Libera me Domine, &c. ad primum Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt ultimum Kyrie eleiſon, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. illicò aſpergitur, & thurificatur corpus defuncti per circuitum.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequuntur deinde tria Reſponſoria cum ſuis ℣℣. & Orationibus, ut infrà.

PRO



## PRO PRIMO RESPONSORIO.

Sacerdos celebrans Officium, in fine ℟. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit: Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

PRO

## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus, ut anima famuli tui N. quæ de hoc ſæculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam, pariter & requiem capiat ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.





## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SAtisfaciat tibi, quæſumus Domine Deus noſter pro anima famuli tui N. beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, & Sancti Petri Apoſtoli tui, omniumque Sanctorum oratio, ac præſentis familiæ humilis ſupplicatio: ut peccatorum omnium veniam, quam precamur obtineat: nec eam facias crùciari gehennalibus pœnis, quam Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti prætioſo ſanguine redemiſti.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui N. & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟.



℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtremo Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, &c. dicitur Pſalmus: De profundis, &c. cum oratione: Fidelium, &c.

## ORDO SERVANDUS

# IN FUNERIBUS FEMINÆ

## CELEBRANDIS.

Hora præfinita, ordinatur proceſſio ad domum defunctæ, quæ cum pervenerit ad ejus januam, Sacerdos celebrans Officium mediocri voce dicit:

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

QUæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Poſtea Suſtentores incipiunt alta voce.

℟. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini: Suſcipientes animam ejus. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.
℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te: Et in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes animam ejus, &c.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei. Offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.





Sacerdos dicit immediatè.

Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famulæ tuæ N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
Suſtentores deinceps ſubmiſſa voce recitant Pſalmum: De profundis, &c. quo finito, Sacerdos eàdem voce dicit:
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animas eorum ab omni vinculo delictorum: ut in


in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
His peractis: Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: Miſerere mei Deus, &c. proſequentes eum, uſque ad januam Eccleſiæ, & circa eam deponitur corpus defunctæ, & mox iidem incipiunt alta voce. ℟. Libera me Domine, &c. quo finito, dicit Sacerdos:
Pater noſter, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus.

QUæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Requieſcat in pace. ℟ Amen.

Ingreditur mox proceſſio Eccleſiam cum corpore defunctæ, & interim cantatur per Suſtentores.

℟. Ad te levavi animam meam, Deus meus in te confido non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei: Etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur.

℣. Vias tuas Domine demonſtra mihi.

℟. Et ſemitas tuas edoce me. Etenim univerſi, qui te expectant, &c.

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

Sacerdos igitur ſiſtens cum Miniſtris ante feretrum ad pedes defunctæ, dicit:

Pa-



Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famulæ tuæ N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Celebratur ſubinde Miſſa de corpore præſenti, juxta Rubricas, qua finita,

 pro-

procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, verſus pedes defunctæ, & ibidem ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce: ℟. Subvenite, &c. ut ſuperius dictum eſt, & poſt ultimum Kyrie eleyſon, dicit immediatè Sacerdos: Pater noſter, &c.

¶ Si fiat Officium Sepulturæ tantum, illicò miniſtratur incenſum, & aſpergitur, & thurificatur corpus defunctæ per circuitum. Secus autem, ſi Officium fiat integrum; nam in eo tunc, proceditur abſque aſperſione, & thurificatione.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Tibi Domine commendamus animam famulæ tuæ N. ut defuncta ſæculo, tibi vivat, & quæ per fragilitatem carnis, humana converſatione commiſſit: tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

℟. Amen.



His expletis: Suſtentores incipiunt alta voce Antiphonam:

In Paradyſum deducant te Angeli: in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in civitatem Sanctam Hieruſalem: Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere, æternam habeas requiem.

Qua finita, afferentes baculos incipiunt Antiphonam: Ego ſum: qua incæpta, Suſtentores incipiunt alta voce Canticum: Benedictus, &c. finito Cantico, repetitur integrè per Suſtentores Antiphona:

Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit vivet: Et omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum.

Ky-

Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon. Et Sacerdos dicit:

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus Domine hanc cum famula tua N. defuncta miſericordiam, ut factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem; ut ſicut hic eam vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua miſeratio ſociet Angelicis Choris.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.



FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famulæ tuæ N. & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Anima ejus, & animæ omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

¶ Hucuſque de Officio Sepulturæ. Quapropter, ſi ob aliquem circunſtantia-

tiarum eventum, integrum Officium, ſive Miſſa de corpore præſenti, prohiberi contingat, ſit tantummodo Officium Sepulturæ, ut dictum remanet, & tunc per Chorum dicitur ſubmiſſa voce Pſalmus: De profundis, &c. quo expleto, Præſes Chori dicit. ℣. Requiem æternam, &c. cum oratione: Fidelium, &c. Si autem Officium Exequiarum integrum fiat, dicuntur duæ Miſſæ ſolemnes ſucceſſivè: Quibus abſolutis, procedit Sacerdos celebrans Officium cum Miniſtris ante Chorum verſus pedes defunctæ, & dexteram ipſius Chori, ibidemque ſiſtentes, cantatur per Suſtentores ℟. Subvenite, &c. ut ſuprà. Verumtamen non aſpergitur, nec thurificatur corpus defunctæ poſt hoc ℟. niſi poſt ℟. Libera me Domine, &c. dicuntur verò Orationes, ut ſuprà. Suſtentores deinceps incipiunt præfatum ℟. Libera me Domine, &c. ad primum Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt ultimum Kyrie eleyſon, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. illicò aſ-



ſpergitur, & thurificatur corpus defunctæ per circuitum.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cū ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famulæ tuæ N. quam hodie de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequuntur deinde tria Reſponſoria cum ſuis ℣℣. & Orationibus ut ſuprà.

PRO

## PRO PRIMO RESPONSORIO.

Sacerdos celebrans Officium, in fine ℟. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit: Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

QUæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.





## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: ut anima famulæ tuæ N. quę de hoc ſęculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

SAtisfaciat tibi, quæſumus Domine Deus noſter, pro anima famulæ tuæ N. beatiſſimæ Dei genitricis Mariç, & Sancti Apoſtoli tui, omniumque Sanctorum oratio, ac prçſentis familiç humilis ſupplicatio: ut peccatorum omnium veniam, quam prçcamur, obtineat; nec eam facias cruciari gehennalibus pœnis, quam Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti prçtioſo ſanguine redemiſti.

Deus



DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famulæ tuæ N. & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtremò Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, &c. dicitur Pſalmus: De profundis, &c. cum Oratione: Fidelium, &c.

## ORDO SERVANDUS

# IN EXEQUIIS PRO REGE

## CELEBRANDIS.

## IN RESPONSORIO.

Procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, dexteram verſus partem, circa feretrum, & ibidem ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce ℟. Libera me ad primum Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt ultimum Kyrie eleyſon, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. Aſpergitur mox, & thurifi-

ca-



catur feretrum per circuitum, quo peracto, dicit Sacerdos.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Illicò Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: De profundis, & in ejus fine, dicit Sacerdos.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem.

ABſolve, quæſumus Domine, animam



fa-

famuli tui N. ab omni vinculo deliċtorum: ut in reſurreċtionis gloria, inter Sanċtos, & eleċtos tuos reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona ei Domine.
℟. Et lux perpetua luceat ei.
Poſtremò Suſtentores dicunt alta voce.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
Craſtino autem die, poſt Miſſam Conventualem, finitaque in Choro hora nona, cantatur ſolemniter prima Miſſa defunċtorum, Orationes verò propriæ, pro uno defunċto: Inclina, &c. finito Sermone, procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, dexteram verſus partem circa caſtrum doloris, ibidemque ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce ℟. Libera me Domine, &c. diċto primo Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt tertium, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. & illicò aſpergitur, & thurificatur feretrum per circuitum.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟.


℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famuli tui N. quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanċtis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequuntur immediatè tria Reſponſoria cum ſuis ℣℣. & Orationibus.

PRO

## PRO PRIMO RESPONSORIO.

Sacerdos celebrans Officium, in fine ℞. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit:

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo.
℣ A porta inferi.
℞ Erue Domine animam ejus.
℣ Requieſcat in pace. ℞. Amen.
℣ Domine exaudi orationem meam.
℞ Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℞ Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

INclina Domine aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui N quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis, ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.





## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℞. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℞. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℞. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus Domine hanc cum ſervo tuo N. defuncto miſericordiam, ut factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem: ut ſicut hic eum vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eum tua miſeratio ſociet Angelicis Choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℞. Amen.

## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: ut anima famuli tui N. quę de hoc ſęculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat ſempiternam.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſem-



ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famuli tui N. & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtremo Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, &c. dicitur Pſalmus: De pro-

profundis, &c. cum Oratione: Fidelium, &c.

## ORDO SERVANDUS

# IN EXEQUIIS PRO REGINA CELEBRANDIS.

## IN RESPONSORIO.

Procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, dexteram verſus partem, circa feretrum, & ibidem ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce ℟. Libera me Domine, &c. dicto primo Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt ultimum Kyrie eleyſon, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. Aſpergitur mox, & thurificatur feretrum per circuitum, quo peracto dicit Sacerdos:

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

Illicò Suſtentores incipiunt alta voce Pſalmum: De profundis, &c & in ejus fine dicit Sacerdos:



℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Quæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue.

Abſolve, quæſumus Domine, animam famulæ tuæ N. ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitata reſpiret. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

Poſtremò Suſtentores dicunt alta voce.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

Craſtino autem dic, poſt Miſſam Conventualem, finitaque in Choro hora nona, cantatur ſolemniter prima Miſſa defunctorum, Orationes verò propriæ, pro una defuncta: Quæſumus, &c. finito Sermone, procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, dexteram verſus partem circa caſtrum doloris, ibidemque ſiſtentes, Suſtentores incipiunt alta voce ℟. Libera me Domine, &c. dicto primo Kyrie eleyſon, miniſtratur incenſum, & poſt tertium, Sacerdos dicit: Pater noſter, &c. & illicò aſpergitur, & thurificatur feretrum per circuitum.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.





Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere: te ſupplices exoramus pro anima famulæ tuæ N. quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviſcaris in finem, ſed jubeas eam à Sanctis Angelis ſuſcipi, & ad patriam Paradyſi perduci; ut quia in te ſperavit, & credidit, non pœnas inferni ſuſtineat, ſed gaudia æterna poſſideat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Sequuntur immediatè tria Reſponſoria cum ſuis ℣℣. & Orationibus.

## PRO PRIMO RESPONSORIO.

Sacerdos celebrans Officium, in fine ℟. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit: Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

QUæſumus Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.





## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAc, quæſumus Domine hanc cum famula tua N. defuncta miſericordiam, ut factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem, quæ tuam in votis tenuit voluntatem: ut ſicut hic eam vera fides junxit fidelium turmis, ita illic eam tua miſeratio ſociet Angelicis Choris. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam ejus.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: ut anima famulæ tuæ N. quę de hoc ſęculo migravit, his ſacrificiis purgata, & à peccatis expedita, indulgentiam pariter, & requiem capiat ſempiternam.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, beata Maria ſem-



ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animam famulæ tuæ N. & animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.
℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

*Pergit poſtremò Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam:* Si iniquitates, &c. *dicitur Pſalmus:* De pro-

profundis, &c. cum Oratione : Fidelium, &c.

## IN DIE COMMEMORATIONIS

# OMNIUM FIDELIUM

## DEFUNCTORUM.

## PRO RESPONSORIIS.

Sacerdos celebrans Officium, in fine primi ℟. (& ſic in reliquis ſervetur) dicit:

Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.





### Oremus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Et in ultimo ℟. dicat Sacerdos:

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtremò Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, &c. dicatur Pſalmus: De profundis, &c. cum Oratione : Fidelium, &c.

# PRO SOLEMNI

RECORDATIONE ILLUSTRISSIMORUM.

## D. D. MICHAELIS DE MOLINA,

E T

## D. D. FRANCISCI DE OLASSO,

EPISCOPORUM.

In die Octava omnium Fidelium Defunctorum, finita hora nona in Choro, cantatur Miſſa Solemnis, ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum cum eiſdem Orationibus, &c. finito Sermone, Sacerdos, celebrans Officium, procedit cum Miniſtris ante Chorum, ſervatis ſervandis (ut ſuperius dicitur) dicuntur immediatè ſeptem Reſponſoria. In primo ℟. aſpergitur, & thurificatur feretrum per circuitum, ut moris eſt, & in ejus fine, Sacerdos dicit:

Pa-



Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali feciſti dignitate vigère: præſta quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregentur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

Sacerdos dicat: Pater noſter, &c. (& ſic in reliquis ſervetur.)

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣.

℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Fidelium Deus omnium Conditor, & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, remiſſionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur: Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Et idem in reliquis ſervetur. Verumtamen in fine poſtremi ℟. dicat Sacerdos.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.
℟. Et lux perpetua luceat eis.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtmodum Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, dicitur Pſalmus: De profundis, &c. cum Oratione: Fidelium, &c.





# PRO SOLEMNI
## RECORDATIONE PERILLUSTRIUM
## D. D. NARCISI, JACOBI MARCER, ET MICHAELIS TORRES, CANONICORUM.

Prefinito igitur die, finita in Choro, hora nona, cantatur Miſſa Solemnis, ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, Orationibus exceptis, quæ deſumuntur pro pluribus Sacerdotibus: Deus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, &c. finita Miſſa, procedit Sacerdos cum Miniſtris ante Chorum, ſervatis ſervandis (ut ſuperius dictum remanet) dicuntur immediatè quatuor Reſponſoria. In primo ℟. aſpergitur, & thurificatur feretrum per circuitum, ut

moris eſt, & in ejus fine, Sacerdos dicit:
Pater noſter, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos Sacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta, quæſumus, ut eorum quoque perpetuo agregentur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.





## PRO SECUNDO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRoſit, quæſumus Domine, animabus famulorum tuorum Sacerdotum, miſericordiæ tuæ implorata clementia: ut ejus in quo ſperaverunt & crediderunt, æternum capiant, te miſerante conſortium. Per Chriſtum Dominum noſtrum.
℟. Amen.

## PRO TERTIO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta, quæſumus Domine, ut animæ famulorum tuorum Sacerdotum, quos in hoc ſæculo commorantes, ſacris muneribus decoraſti, in cœleſti ſede glorioſæ ſemper exultent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.





## PRO ULTIMO RESPONSORIO.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animas eorum.
℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut animæ famulorum tuorum Sacerdotum in Congregatione juſtorum, æternæ beatitudinis jubeas eſſe conſortes.

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis Fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt; beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omni-

bus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium Deus omnium Conditor, & Redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur.

ABſolve, quæſumus Domine, animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Pergit poſtmodum Sacerdos cum Miniſtris ad Sacriſtiam, & poſt Antiphonam: Si iniquitates, dicatur Pſalmus: De profundis, &c. cum Oratione: Fidelium, &c.

OR-



# ORDO
## MINISTRANDI SACRAM
## COMMVNIONEM
## GENERALEM
## IN FERIA V. IN COENA DOMINI, & Feſto SS. Corporis Chriſti, infirmis in Hoſpitio detentis.

In his igitur præfatis Feſtivitatibus, procedit Sacerdos cum Miniſtris ad Altare, ubi Sacra Euchariſtia aſſervatur, & factis debitis genuflexionibus, extrahitur Pyxis de Sacrario, collocatur ſuper Corporale, miniſtratur illicò incenſum abſque benedictione, & poſt thurificationem ſurgit Diaconus, præberque Pyxidem Sacerdoti genuflexo, illam igi-

igitur reverenter deffert ad locum ubi parata eſt menſa. Tum deponitur Sacramentum ſuper menſam, ſuppoſito corporali; miniſtratur iterum incenſum, & poſt thurificationem ſurgit Sacerdos cum Miniſtris dicens:

℣. Pax huic domui.

℟. Et omnibus habtantibus in ea.

Et mox accepta aqua benedicta, aſpergit infirmos, & cubiculum dicens Antiphonam:

Aſperges me Domine hyſopo & mundabor: lavabis me & ſuper nivem dealbabor.

Et primum verſum, Pſalmi Miſerere, &c. cum Gloria Patri, &c. deinde repetitur Antiphona integra: Aſperges me, &c. Qua finita, dicit Sacerdos.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Dñi.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-



Oremus.

Exaudi nos Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris ſanctum Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat, foveat, protegat, viſitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

His dictis, ſiſtens Sacerdos in cornu Epiſtolæ, poterit in memoriam redire aliquos Euchariſtiæ effectus; ut contemplatione & amoris ardore, ſuaves & dulces Chriſti Corporis valeant infirmi deguſtate fructus. Quod ſi Sacerdos noluerit, ibidem ſiſtens faciet Confeſſionem Generalem, dicens: Confiteor Deo, &c. qua abſoluta, dicat.

Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Et addit.

Indulgentiam, abſolutionem ✠ & remiſſionem peccatorum veſtrorum tribuat vobis omnipotens, & miſericors

 Do-

Dominus. ℟. Amen.

Deinde converſus ad menſam cum Miniſtris, genufleƈtit, manu ſiniſtra Pyxidem prehendit, & duobus digitis pollice, & indice Sacramentum accipit, & elevat; converſuſque ad infirmos, clara voce dicit:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: mox ſubdit.

Domine non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Quod iterum, ac tertio repetit.

Subinde ad communicandos accedit, & unicuique porrigens Sacramentum, facienſque cum eo ſignum Crucis ſuper Pyxidem, ſimul dicit.

Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.

Communione finita, Sacerdos reverſus ad menſam, depoſito Sacramento, eoſdem digitos, quibus tetigit Sacramentum abluat, & purificatorio abſtergat.



gat, nihil dicens. His expletis, accipit Diaconus cum debitis genuflexionibus Pyxidem, & præbet Sacerdoti genuflexo, qui quidem ſurgit, & convertit ſe verſus Populum, ibidemque cum Miniſtris ſiſtens, Suſtentores incipiunt illicò alta voce Hymnum: Te Deum laudamus, &c. & abſoluto primo verſu, pergitur proceſſionaliter ad Altare, & ſuper illud collocat Diaconus Pyxidem; mox miniſtratur incenſum, & thurificatur Sacramentum (& interim Suſtentores dicunt Hymnum: Tantum ergo, &c.) dicitur deinde per Acolithos.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

In Feſto Corporis Chriſti additur: Alleluia.

℟. Omne deleƈtamentum in ſe habentem.

Surgit itaque Sacerdos cum Miniſtris, & alta voce dicit.

Ore-

Oremus.

DEus, qui nobis ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuam memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui ſacra miſteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*His expletis, genuflectunt omnes, & mox Diaconus ſurgit, accipit Sacramentum, & præbet Sacerdoti genuflexo, qui ſurgit, & cum Sacramento in Pyxide velo cooperta, facit ſignum Crucis ſuper populum, nihil dicens. Et poſtremo illud cum debitis reverentiis in tabernaculo reponit, & clave obſerat.*

FINIS.

Die 14. Auguſti 1766.
IMPRIMATUR.
Montull Vic. Gen. & Offic.

# INDEX OFFICIORUM,

## QUÆ SUB SINGULIS TITULIS, in hoc Opuſculo continentur.

ORdo ſervandus in Litaniis majoribus, & minoribus. Pag. 1
Ritus benedictionis Termini. p. 6
Ritus Exorciſmi S. Gregorii. p. 19
Preces ad petendam Pluviam. p. 27
Preces ad poſtulandam Serenitatem. p. 30
Preces dicendæ tempore penuriæ, & famis. p. 33
Preces dicendæ tempore mortalitatis, & peſtis. p. 36
Preces dicendæ tempore belli. p. 40
Preces dicendæ tempore belli contra Turcas, & alios Infideles, vel Hæreticos. p. 44
Preces dicendæ pro Pontifice graviter infirmo. p. 48

Preces dicendæ pro Rege gravitèr infirmo. p. 52
Preces dicendæ pro Regina gravitèr infirma. p. 54
Preces dicendæ pro gratiarum actione. p. 57
Oratio in die S. Anaſtaſii. p. 59
Oratio in die Aſcenſionis D. N. J. C. pro Sancti Panni oſtenſione. p. 60
Oratio, in Feſtivitate Corporis C. p. 60
Oratio in die Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis. p. 61
Oratio in die Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis. p. 62
Oratio in die Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis. p. 62
Oratio in die Nativitatis D. N. J. C. pro S. Panni oſtenſione. p. 63
Pro Gratiarum actione in novi Regis ad Thronum exaltatione. p. 64
Confeſſio facienda per Diaconum poſt Concionem, præſente Epiſcopo. p. 66
Ordo ſervandus in Communione Sa-

Sacerdotum infirmorum. p. 67
Ordo ſervandus in Funeribus Epiſcopi celebrandis. p. 78
Ordo ſervandus in Funeribus Sacerdotis celebrandis. p. 99
Ordo ſervandus in Funeribus Laici celebrandis. p. 120
Ordo ſervandus in Funeribus Feminæ celebrandis. p. 137
Ordo ſervandus in Exequiis pro Rege celebrandis. p. 154
Ordo ſervandus in Exequiis pro Regina celebrandis. p. 162
In die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum. p. 170
Pro ſolemni recordatione Illuſtriſſimorum D. D. Michaelis de Molina, & D. D. Franciſci de Olaſſo, Epiſcoporum. p. 172
Pro ſolemni recordatione Perilluſtrium D. D. Narciſi, Jacobi Marcer, & Michaelis Torres Canonicorum. p. 175

Or-

Ordo miniſtrandi Sacram Communionem Generalem in Feria V. in Cœna Domini, & Feſto SS. Corporis Chriſti, infirmis in Hoſpitio detentis. p. 181
Orationes dicendæ cuando post Missam dicitur Salve. p. 76.

LAUS DEO.

✠

El Reverendísimo en Cristo Padre, é ilustrísimo Sr. Dr. D. Juan Antonio Ruano y Martin por la gracia de Dios y de la Santa Sede apostólica, Obispo de esta santa Iglesia de Lérida, dá y concede 50 cinquenta dias de verdadera indulgencia, en la forma acostumbrada por la Iglesia á todos los aquí presentes; rogad á Dios por el feliz estado de nuestro Santísimo Padre PIO, por la divina Providencia, Papa X, por Su Señoria Ilustrísima y Reverendísima, y por nuestra santa madre la Iglesia.